Vers. 4.) Quoniam illic imandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in sæculum.

Sensus loci. QUare fratrum concorditer, & pacifice viventium cœtus, ac rantis abundet bonis honestis, utilibus, jucundis, quæ hactenus duplici comparatione unguenti pontificii, & roris super montes Hermon, Sionque descendentis indicata sunt, causſam reddit, quoniam Deus larga sua benedictione benedixit omnibus in illa concordia, & pace viventibus, idest, abundantia potiri fecit, quam affert agrorum feracitas, multiplexque commercium, deinde vita, quæ talibus rebus commode, ac jucunde sustentatur, & recreatur: & hoc quidem concessit, quod in se erat, in sæculum. Huc facit sententia tritissima, quod concordia res parvæ crescunt; constatque quod mortem parit discordia, pax longiorem, ac lætiorem vitam. Mysticé vero de benedictione, vitaque spirituali hæc intelliguntur, seu de gratiæ muneribus ac de gloria. Simili phrasi dicitur alibi Deus, quod attinet ad prioris generis bona:

Sensus mysticus

a Deut. 28.8 *emittere benedictionem super cellaria* a: & è contrario b vers. 20 *mittere famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera* b. Q. asi per prosopopœjam intelligantur istiusmodi res mitti velut legati, nunci; præfecti. Id sibi quoq; vult *ponere visitationem*, idest, præfecturam, *pacem*, & *præpositos justitiam* c. *Mandandi* præterea verbum *præcipere* significat, sicut & מצה *tsiuah*. Deus autem dicendo præcipit, ac facit. Sed minus litteralis expositio Hugonis, Rickelii, Ayguani, Augustini, Glossæ interlinearis, & aliorum ut dicatur mandavisse benedictionem, quatenus præcepit, ut qui concordiæ student, benedicerent ipsum, & illis commendavit hoc ipsum: quoniam à discordibus non dignatur hoc ipsum: quoniam à discordibus non dignatur laudari. Vel quia præcepit Deus habitantibus in Sion, hoc est, in Ecclesia, benedictionem, idest, ut *benedicant* etiam *maledicentibus* d. Quod etiam innuit Lyranus, dicens ibi Sacerdotes benedictionem solitos impertiri. Bonaventura vult *mandare*, ut ad benedictionem refertur esse *præcipere*, ut ad vitam, *promittere*. Præterea Euthymius complectitur cum benedictione gratiam largientem Deus, laudes, & preces ab hominibus ad Deum factas. Idem Deus mittit benedictionem, qui & vitam, multiplicationem frugum, & longitudinem dierum, inquit Treverus. Denique *gratiam*, & *gloriam dabit Dominus* e, hic illam, ibi illam, ut etiam Bernardus f, præsentem locum intellexit. Cassiodorus ipsumet Christum *benedictionis* nomine, ac *vitæ* intelligit, quem secudùm hæc duo misit Pater in Ecclesiam. Cui sensui favet creditus Hieronymus. De bono pacis, & concordiæ quidquid longa dicat quis oratione, quemadmodum ad *bonum & jucundum*, atque ad *habitationem in unum*, potest revocare; sic ad hæc duo summa bonorum objecta, materiasve, idest, ad benedictionem, & ad vitam, tum temporalem & spiritualem, sive hanc, sive illam.

b Luc. 6. 28

c Psal. 83. 12

f Serm. 5. de Assumpt.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.) Poterat reddi, *illuc*, quod est שם *sciam ibi*, quemadmodum præcedente psalmo, ut ibi monui. Dixi etiam ante, *mandare* hoc loco, & מצה *tsiuvah*, atque ἐντέλλεσθαι significare *præcipere*: & *decernere*: videlicet quod Deus illic in dicta concordia, vel in Sion voluerit esse benedictionem, idest, copiam bonorum temporalium, nec non spiritualium, atque vitam utriusvis generis. Exemplum simile notionis illorum verborum vidimus psalmo 14. g *In die mandavit Dominus misericordiam suam*: sicut in 43 h. *Qui mandat salutes Jacob*: & in 67. i. *Manda Deus virtuti tuæ*.

g vers. 9
h vers. 5
i vers. 29

Et vitam usque in sæculum.) Longam in hoc ipso tempore, ubi discordes haud vivunt diu, & *viri sanguinum non dimidiant dies* k: & *moriuntur in tempore non suo* l: Euthymius ad hunc modum, sed & de æterna vita exponi potest.

k Psal. 54. 24
l Eccl. 7. 18

A

PSALMUS

CENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS.

Canticum graduum.

1. ECce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini.

Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

2. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.

3. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

B

Titulus, & Argumentum.

Canticum graduum.

Titulus cū præcedenti bus enatuor decim comunis.

Argumentū

HUJUS tituli, qui est *canticum graduum*, psalmus iste postremus est, communi præcedentium quatuordecim contentus declarare. Argumentum ordini respondet. Nā eos, qui ad supremum gradum ascendendo, feliciter pervenerint, hortatur, ut divinis laudibus perpetuo vacent. Id proprium esse illorum, qui habitant in domo Domini alibi *m*, canitur: nempe ut hoc nomine beati in sæcula sæculorum laudent eum; *levantes puras manus* in eadem benedictione & oratione *n*. Nullibi melius præstari hoc potest, quam in cœlesti templo, ubi omnes Deo dicunt gloriam *o*. In præsenti tamen etiam vita hi, quorum *conversatio in cœlis* p, *est*, non cessant, quantum humanæ ferunt vires; à continua oratione, & Dei laude. Pertinet item ad cumulum perfectionis, pro quo præcedentibus bonorum ac virtutum gradibus, gratias Deo agere, eique tamquam illorum auctori ascribere. Quod ipsum, quia syncerè in Deum charitatis indiciam est, videri potest etiam hic psalmus ad charitatem erga Deum spectare; quemadmodum prior de proximi charitate erat, sive de concordia fraterna; Vel maximam cum Deo unionem, conjunctionemque continere. Hoc pacto in suis gradationibus Petrus *q*, & Paulus *r*, post alias virtutes vel dona, charitati supremum locum tribuunt. Monent Cassiodorus, & Hugo hunc psalmum esse tertium ex iis, qui agunt de Dei charitate; ita ut alii duo sint 41. & 83. Græci ad litteram arbitrantur editum psalmum hunc, ut alios graduales, pro reversis de captivitate Babylonica, & post restitutam jam civitatem templumque, & factam potestatem libere, ac severe habitandi in patria. Jacobus Faber hoc loco repetens quindecim gradualibus psalmis designari totidem spirituales animæ gradus, quibus ad Sancta sanctorum, & ad cœlestem Sion perveniatur, & eorum symbola fuisse gradus templi Salomonis, docet hos gradus existimari esse illos ipsos, qui sunt Romam translati, & positi in Laterano. Magis probabile quod addit esse gradus ingressus prætorii Pilati, aut lithrostrati. Nam duplo plures, quam quindecim Faber enumerare potuit, qui se illos cubitis & genibus nexum scandisse, ac adorasse sæpius testatur: quod, & ipsimet fecimus. Retexit præterea graduum spiritualium numerum juxta ordinem psalmorum, ut sint fuga infidelitatis, ac impietatis; vera magnanimitas; vera voluptas; charitas in Deum; vera confidentia; vera spes; amor proximi; firma fides; timor offendendi Deum; zelus divinæ legis; pœnitentia; vera humilitas; vera mansuetudo; fraterna unio; cum Deo, quæ humili & reverenti ad Sancta sanctorum fiat accessione. Aliter Cassiodorus, notans adhuc in ipso numero, ut cum quinque sensus corporei per quos fragilis humanitas contrahit omne peccatum, Trinitatis fuerint virtute superati, ad decimum quintum gradualium psalm. nos culmen educat; eoq; fiat, ut corporis imbecillitate subnota, donentur victoribus præmia sempiterna. Greveus *s*, concinne aquam diluvii quindecim cubitis extantem super montes *t*, interpretans de gratia, quæ

m Psal. 83. 5.

n 1. Tim. 2. 8

o Psal. 28. 29

p Philip. 3. 20.

q 2. ep. 125. 6 7

r 1. Cor. 13. 12 & seq.

Graduum spiritualiū numerus

t serm. 197.
s Gen. 8. 4. 13.

quæ superat grandia quæque peccata, & enormia, cubitos pro gradibus accipit; à peccatis exire; petere divinam defensionem; gaudium spirituale ex vita bona inter malos, confidere de Domino inter quaslibet angustias; liberationem à periculis adscribere Deo; non discedere à servitio Dei propter malorum æmulationem, sperare liberationē à pœna post eam quæ est à culpa; seipsum ædificare dominū Domino; Deum caste timere; patientiam retinere; recordari præsentis miseriæ, & humanæ fragilitatis, humiliter se gerere etiam exterius, curare ædificationem templi spiritualis in nobis & ex nobis, studere charitati proximi; tandem conquiescere in Dei charitate. Lyranus primum quinarium attribuit in virtute incipientibus, secundum proficientibus, tertium perfectis. Verum præstat apud ipsummet legere singulos gradus. Initio psalmi 119. seu primi gradualium, de varia ratione hos gradus distinguendi non nihil diximus. Pensū Ecclesiastici officii, quod psalm. aliis constat, hoc extremo quotidie psalmo complemus & persolvimus. Gulielmus Durandus *a*, ait ab Ecclesia benedici Deum pro liberatione tentationum nocturnaliū, & laudari in rebus quoque adversis, quas nox significat. Amalarius *b*, id prior indica verat, docens quod quartus iste psalmus completorii, aliquo modo præcolit intentionem illorum, qui in tribulatione sunt: & tamen de tribulatione transeunt in pace. Observat præterea *c*, quator psalmos illi horæ assignari, quia sunt quator elementa, pro quibus custodia postulatur: & quatuor vigiliæ celebrantur apud antiquos in nocte. Denique psalmum istum affectuosum, inquit Dionysius Rickelius, ac dulcem decet nos hora completorii cum speciali devotione cantare, dirigendo mentem ad Creatorem, atque in ejus præconiis diem concludere, obdormiendo in meditationibus divinorum.

a 5. rationale Div. c. 10. 11. 14.

b 4. de Eccl. offic.

Ratio cur officio completorii quatuor psalmis assignentur. c de ordine antiphonarii cap. 7.

Vers. 1.) Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini.

Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri.

Sensus loci. VIdentur magis propriè invitari ad benedicendum Dominum, illi, quia ad hoc munus propria & peculiari quadam ratione deputati sunt; nempe ut laubibus divinis vacent, ac divino cultui, religionique inserviant, & domum ipsius, idest, templum, frequentent. Sic in

d Dan 3. 84 trium puerorum hymno *d*, postquam totus Israel invitatus est ad benedicendum Domino, invitantur Sacerdotes, & cum illis servi Domini, hoc est, Levitæ. Hoc videtur sibi velle quod hic mox sequitur; *qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri* &c sequenti versu; *in noctibus, extollite manus vestras in sancta*: in quibus singulæ fere formula benedictionis quā tales personæ pronuntiabant super populum. Præterea favent apud Græcos λαοπόιοι, & λαοπλύσια. quæ peculiarem modum serviendi, atque servitutis denotant, quam exercent dicati Deo rite homines. Galli etiam Dei servitium nominant, quod ab hominibus peragitur, qui sunt ad id munus destinati. Paraphrasis Chaldæa totius psalmi præ se fert hanc sententiam; eamque sequuntur qui exactè ex Hebræo vertunt: ubi nihil de *atriis* habetur. Consentit Genebrardus, post Lyranum, Ayguanum, Ric. Dphetæ voçem, *u*. *Statuit supra petram pedes meos*: & u *ps.* 39. 3.
Glossam ord. Nihilominus possunt *servi Domini* generaliter omnes Dei cultores comprehendere, quemadmodum & initio sequenti psalmi; *laudate nomen Domini*, *laudate servi Dominum*. Quo pacto hic etiam *stantes in domo Domini* erunt ex sacerdotali ordine: qui stant in atriis ejusdem alii populares, quibus ne fas erat in eam templi partē intrare; quæ *domus Domini* dicebatur, nomine magis proprio. Atq; ad hoc innuendum addiram putandum de atriis, seu de stantibus in iisdem; mentionem, ut ciratus Genebrardus notavit. Sed & his ipsis ex verbis colligunt non-

e Baron. 1. ann. & A. Fist Antiq. Jud. nulli *e*, præter Sacerdotes, Levitasque qui commorabantur in templo ad excubias, multos ex utroque sexu pios homines fuisse, qui habitarent ibidem, ut Samuelem à

g Patres, qui de præsent. h Luc. 2. 36. i 1. ant. c. 2. k cap. 27. 2. & seq. tenerima ætate *f*; Moriam designa am Dei matrem adhuc trimulam *g*; Annam Prophetissam *h*: & ad hunc finem constructas in circuitu templi ordine triplici cellas nonaginta, de quibus Josephus *i*, postremo quoniam in Levitico K. scribitur de viris ac fœminis Deo devotis, qui se redimere poterant, sed fi nollent, quia liberum erat, addicebantur templo. Latini observant invitari servos Domini ad benedicendum illum, quidem nunc, idest ju-

Astos, qui nec diabolo, nec peccato serviunt; & stant non cunctabundi & fluctuantes: & licèt meritis dispares, quemadmodum & aria, hic plura & in *domo Patris* cœlestis *mansiones multæ sunt l*; denique nunc invitari, tempore acceptabili, diebusque salutis, in quibus etiam angustiæ, persecutiones, lacrymæ tolerandæ; ut postea in domicilio illo beatorum habitantes *laudent in sæcula sæculorum m*, sine defectu. Benedici porro Dominum quatuor modis docet Hugo, bene vivendo, unde alii excitentur ad laudes Dei *n* bene de seipso dicendo; omnia ei nostra attribuendo; de omnibus gratias referendo. Ad hæc in *standi verbo* attendit perseverantiam, atque etiam præparationem ad ambulandum, serviendum, pugnandum, quidlibet quod imperetur, agendum: in *domus Domini*, nominibus Ecclesiam; vel illos, qui in ea dignitate antecellant: *in atriis* aut inferiores; aut etiam (quod est Augustini) in charitatis latitudine consistentes.

l 1 Joan. 14. 2.

m Psal. 83. 5. Dominus quatuor modis benedici potest.

n Matt. 5. 16

Ecce nunc benedicite Dominum.) Non est particula Hebræa, quæ respondeat adverbio *nunc* & *ὰ*. Verti posset per modum horantis, non ut adverbium temporis. Tamen hoc Augustinus, Prosper, alii vim ponunt pro tempore vitæ præsentis, quod ærumnæ, penitentiam, veniæ, seu gratiæ. Extat simílis provocatio ad benedicendum Dominum in libro Tobiæ tùm Raphaelis *o*. tùm ipsiusmet Tobiæ *p*: qui nominatim invitat electos Dei. Greveus *q*, observat in interjectione, *ecce*, quam debeat nobis esse certum constitutumque benedicere Dominum: & quam omnino usurpandum etiam in rebus novis, inexpectatis, adversis. Præterea in adverbio, *nunc* nullo umquam tempore desistendum, cujus nihil nisi *nunc* extat.

o Tobia 12. 6
p cap. 13. 10.
q Ser. 296.

Omnes servi Domini.) Hilar. *omnes servi ejus*, dixi servos istos, vel Sacerdotes, ac Levitas esse; vel generaliter omnes justos. Quantæ sit dignitatis esse servos Dei, aliàs ostendi. Hoc loco putatus Hieronymus longiore id oratio. ne confirmat; & argumento ex comparatione minorum utitur; quoniam quasi dignitatem vindicat, qui se dicit servum Imperatoris; propterea infinitam dignitatem esse se dicere *servum Domini*: hac Apost. in epistolarum gloriari præfatione: hoc ipso nomine appellatum à Deo Moysen, quum laudare eum vellet maxime *r*: Monachos & Virgines illos esse qui ad faciem ministrant Domino suo sicut de Moyse dixit idem Dominus *s*; sæculares censeri de familia, & velut servos in agro; villisque; qui postulent priores ut rogent Dominum, pro ipsis si quid necessarium habent: sed tanto majorem pœnam habere tanto dignatos honor, si negligant ministerium Domini, & de consuetudine contemnant bonitatem illius. In sequenti psalmo, ubi etiā *servi Domini laudare illum* jubentur, Augustinus. monet nihil justius, dignius, gratius esse t & si non laudaverint servi Dominum, superbos, ingratos, irreligiosos futuros; & non landando Dominum; facere ut severum sententiant Dominum: & si semper servi essent, id facere deberent, multo magis ut esse mereantur & filii.

r Num. 12. 7

s Ibid.

Qui statis in domo Domini.) Domini domum pro templo sumi per se notum satis, & notatum prius ps. 121. *t stare* etiam dixi quamvis pro quolibet situ, & simplici præsentia sumi posse, servis, atque ministrantibus congruere. In quo Hilarius præcipue vim facit: Qui stat, inquit, loco non movetur; jam currit; (intra definitum locum) jam ascendit; jam immobilis manet; jam avide bibit beatam illam Pro-

t vers. 1.

rursum, *x*, *In petra exaltasti me*: & laudiet tamquam Moysi sibi dici, *y*, *Tu autem hic sta mecum*, De peccatoribus autem ita legimus, z. *Dilexerunt movere pedes suos, & non quieverunt*, & *Domino non placuerunt*. Adde hortationem Pauli *a*, ad standum, sed cum modestia, & humilitate *b*. Non infrequenter hoc verbo utuntur Scripturæ *c*, quando agunt de ratione; exempli causſa. *Si steterit Moyses, & Samuel coram me d*. Quod sensu aliqui explicant, quod *steterit Phinees e*, & præterea, quod *Jesus Sacerdos coram Angelo Domini f*. Subtiliter Chrysologus, g ut soler, puerum, sive servum centurionis jacentem in domo g, servo Domini in illius domo stanti opponit. (Meum dico, ait ille, ita faciens loquentem centurionem; quia jacet: si tuus esset, Domine, non jaceret. Probat hoc Propheta, quum dicit, *Ecce nunc benedicite Dominū omnes servi Domini: qui statis in domo Domini*, qui statis, non jacetis; stant servi tui; hominum servi jacent: puer meus, qui jacet, ut tuus sit, surgat, &c.) Augustinus psalmo sequenti, statum interpretatur, perseverantiam in mandatis Domini; & ut omnes agnoscat beneficii magnitudinem stand: in domo Domini; & cogitent, ubi jacebant. quo

u ps. 39. 3.
x ps. 26. 5.
y Deut. 5. 31
z Jer. 14. 20.
a 1. Cor. 16. 13.
b Galat. 5. 1 Eph. 6. 12. 14 Philip. 4. 1. Colossen. 1. 20
c 1. Cor. 10. 12
d Jer. 15. 1.
e Ps. 105. 30
f Zach. 3. 1.
g serm. 15.
h Matt. 8. 6

collecti

collecti sunt; & quod impii Domínum non quærebant: ipse vero non quærentes quæsivit, inventos excitavit, excitatos vocavit, vocatos introduxit, in domo sua stare fecit. Hæc quisquis cogitat, inquit, & ingratus non est, despicit se præ amore Domini sui, à quo sibi tanta præstita sunt. Mystice præterea *stare in domo Domini* dici possunt quotquot sunt in Ecclesia: quo pacto in atriis tantum sunt catechumini, ut ait Arnobius; vel qui tamquam magis domestici assistunt Domino, veluti more Angelorum assistentium; quales paullo ante Monachos, & Virgines audivimus ex crediti Hieron. sententia. Vel si domum comparemus cum atriis, ut magis internam cum magis externa parte, poterit istâ allegoriam; alia recipi mixta anagogiæ, de beatis mentibus, quæ assistunt Domino, præsentem videndo, & de versantibus hic adhuc in atriis. Sed adhuc locum sumendo extra atria ampliorem, quo comprehendantur omnes fideles; Monachi, & Virgines censeri poterunt consistere in atriis, utpote juxta vitæ statum, quem profitentur propriores domui cœlesti. Media est vita hæc inter naturalem, ordinariam, communem, & inter cœlestem; quemadmodum atria inter domum interiorem, & separata alia spatia, plateas, vias, vicos. *Melior dies una in* istis *atriis, super millia a.* Postremo, in tribus atriis templi, pro quibus cumque etiam propharis, pro Israele mundo, pro Sacerdotibus; attendi possunt fideles, quilibet etiam peccatores; alii justi Deo peculiariter dicati, qui seipsos immolant, & occidunt; affligendo carnem laboribus, jejuniis, & incendendo igne tribulationis; ut placet Hugoni Victorino *a*, qui assignat istis atrium interius templi, constans triplici ordine lapidum politorum, & uno lignorum cedri; qui ordines innuant incipientes, proficientes, perfectos; quibus perseverantia in bono necessaria est. Distinguit Hugo Carensis domũ inferiorem, Ecclesiæ militantis; superiorem, Ecclesiæ triumphantis; interiorem mentis vel conscientiæ; exteriorem, carnis; anteriorem, sacræ Scripturæ; posteriorem, Synagogæ; infimam, sepulchri & inferni. Dicit in prima stari, per gratiæ conservationem, bonamque conservationem: in secunda, per jugem comtemplationem, continuamque fruitionem: in tertia per sui considerationem, discussionemque sollicitam: in quarta, per discretam castigationem: in quinta, per assiduam meditationem: in sexta, per figurarum expositionem: in septima, per timorem.

Qui mystice dici possunt stare in domo Domini dominus, distinctio

a *psl.* 83. 11.

b *Hugo de claus. claustr. c. 6. 85*

In atriis domus Dei nostri.) Hieronymus, his omissis, quæ non sunt in textu Hebræo, jungit eidem versui sequentes duas dictiones, hoc modo, *qui statis in domo Domini in noctibus.* Recitat nihilominus Trevetus ex Hieronymo: & *stantes in domo Domini* esse Sacerdotes; *stantes in atriis domus Dei* alios, qui starent circa modum, ubi essent ordinatæ diversæ stationes populi, secundùm diversam conditionem. De hoc postea. Hilarius reperisse se scribit quosdam ambiguos circa hæc verba, *in atriis, &c.* dicentes, idcirco à translationibus primis adjecta esse, quia sub iisdem versibus sequenti psalmo continentur, opinantibus ipsis scriptorum vitio in libris Hebr. fuisse præteritũ. Tum subdit, (sed novi interpretes, quę volunt, tractant: nobis vero obsequendum est & auctoritati translationum; (alias translatorum, & vetustati.) Is, qui dicitur Hieronymus, observavit eumdem defectum, qui nunc est in Hebræo textu. De atriis dictum prius. De iisdem Sacerdotibus potest intelligi, quod *steterint in domo Domini* hoc est, in magis interiore templi parte: quando ingrediebantur ad incensum, seu thymiama imponendum: in atriis, quando circa holocaustorum altare occupabantur, ad offerenda sacrificia. Aut Sacerdotes hic soli stantes intelliguntur in domo Domini: Levitæ inatriis, quia in domum ingredi nefas illis erat. Aut etiam laici comprehendumtur per locum atriorum. Aut postremo indifferenter de omnibus templum frequentantibus est sermo, & synonyme accipitur *stare in domo Domini*, & *stare in atriis domus Dei nostri.*

Vers. 2.) In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.

Sensus loci.

BEnedictioni, laudationique divinæ, gratiarum actioni, precationi vacare vult omnes Dei servos, non tantum interdiu, & in domo Domini, atriisve illius; verum etiã noctu, sublatis rite ac devote manibus in Sancta sanctorum, ubi eximia quadã ratione habitare credebatur. A Deus, propter Propitiatorium, Arcamque. Tropologia trita de laudando Deo, etiam in noctibus rerum adversarum, sicut fecit Job *c*: & anagogia de quieta, & secura ejusdẽ Dei laude in beatitudine, auferendo abillo nocturnæ obscuritatis imperfectionem. Hilar. noctem ignorantiæ nominant, & insidiarum à *Principibus tenebrarũ d*; monerí vero nos ait, elevandas manus, non ad prædicandum & orandum tantum, sed etiam ad operandum; quia preces nullæ non proficiunt: hoc esse *sacrificium vespertinum elevationis* hujusce *manuum e*, ideſt, in isto extremo tempore, & consummationis sæculi Moyse manus constanter elevante, victoriam reportatam; submittente, amissam *f*. Pluribus idẽ exequitur creditus Hieronymus. Addit, *sermonem*, seu *verbum Domini*, dici *factum in manu Aggæi*, *g* vel *Jeremiæ h*, ut indicetur, quod non venit Deus ad sermonem sine opere bono: *in manu linguæ esse mortem & vitam i*; quia Deus non audit linguam, sed opera: levare manus in sancto (sic enim etiam legere videtur illos dum taxat, qui bona opera faciunt, confitendo Christum & propter Christum, & in nomine Christi *k*: levare manus debere in Crucem Christi, qui suas pro nobis in illa levavit: *in omni loco levandas puras manus* in oratione *l*, omnique bono opere: sive *corda cum manibus m*. De opportunitate nocturni temporis ad orandum, & meditandum, ac de ritu orandi elevatis, expansisve manibus, egimus aliis in locis: præterea meminimus piæ consuetudinis Hebræorum, ut remoti à templo, ac à Palæstina quoque ipsa oculis illuc conversis atque directis, precarentur. In psalmo 27. *n* satis affinis extat sententia. *Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Item in 76. o. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum.* Adhæc in 62 *p*. *In nomine tuo levabo manus meas* in 140. *q*. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

Tropologia

c cap. 1. 21. cap. 2. 10.

Anagogia.

d Ephes. 6. 12

e *psl.* 140. 2.

f Exod. 17. 11. 12.

g *Aggæi* 1. 12.

h cap. 37. 2. cap. 49. 36.

i Prov. 18. 21.

fu nocte non debet heri sacrificio, nisi in nocte natalis Domini, *a. l. ff.*

k 1 *Cor.* 10; 31 *Colos.* 3. 17.

l 1. *Tim.* 2. 8

m *Thren.* 3. 41.

In noctibus.) Jam monui, Hieron., & alios ex Hebræo nectere voces istas cum præcedentibus, *qui statis in domo Domini in noctibus*: ut sit sensus, Benedicite Dominum non interdiu solum, sed in noctibus quoque. Chaldaicè, *Qui statis in vigiliis domus sanctuarii Domini, & laudatis per noctes*. Nox multiplex mystica, ignorantiæ, culpæ, pœnæ ac miseriæ variæ. Si noctu jubet è lecto surgere, inquit Euthymius, atque in templum accedere: quamdam umquam venia ii consequentur, qui tempore illo neque etiam domi ad preces, neque ad adorationem confurgunt. Bona ratio, sed non tam de surgentibus de lecto, ut in templum accedant, Propheta loquitur; quia non constat habitasse in templo solemnes noctu preces, aut sacrificia: quam de illis, qui nocturnis in templo ipso custodiis vacabant. Illud ipsum admonet Chrysost. hic & alibi *r*. Mentio vero fit de exeubiis in templo, custodisve Levitarum in libro Numerorum *s*. Sed nec improbabile, cum sacrificium agni vespertinum occidente fierent Sole, ac per noctem totam agnus frustatim incenderetur *t*, nocturno quoq; tempore cantatum. In Paralipomenis *u* scribitur, quod *Principes cantorum in exedris morabantur*; ita *ut die, & nocte jugiter suo ministerio deservirent*: & quod *x Levitæ stabant mane ad confitendum & canendum Domino; similiterque ad vesperam*. Testis Josephus *y*, à Davide institutum, ut universa Levitarum Tribus, & Sacerdotes per suas vices interdiu, noctuque circa cultum divini numinis versarentur. Abulensis *z* existimat, quod cantores comitabantur cantu sacrificia. Consentit Barradius *a* noster, utens testimonio loci præsentis. Posset responderi, nocte & die jugiter cantores officio suo servivisse, per noctem vesperam intelligendo.

n *vers.* 2.

o *vers.* 3.

p *vers.* 5.

q *vers.* 8.

c *haun.* 36. & 79.

In noctibus.

Non mystica multiplex.

d *hom.* 79.

e de *Grat. cap.* 1.

f 1 *reg.* 8. *de templo Salomonis fabricato.*

g *Marc.* 13. *Luc.* 6. 12.

r *Homil.* 30. *in Gen.*

s *cap.* 1. 51. *cap.* 38. 34. 35

t *Levit.* 6. 9.

u *lib.* 1. 23. 31

x *ibid.* 23. 30

y *lib.* 7. *antiq.* 11

Extollite manus vestras in sancta.) Hieron. *levate manus vestras ad sanctum*. Chaldaicè, *levate manus vestras Sacerdotes ad suggestum sanctitatis*: vel *super ambonem sanctum*. Alii ex Hebræo, *attolite manus vestras ad sanctuarium, ad sanctitatem, ad Sancta sanctorum*; ubi erat Arca, super quam dabat Deus responsa. Soli Sacerdoti summo fas erat eum locum intrare semel in anno: ceteri manibus eo protensis orabant. Videtur putatus Hieronymus legisse quoque, *in sancto*, dum hortatur, ut bonum opus quod facimus, faciamus *in sancto*, ideſt, Christo, & illius causa *Sancta* dicebatur locus in templo; alias *b* cælum; denique manuum extensio ad sancta, secundum dictam prius tropologiam, est directio bonorum operum ad sanctum finem; ad honorem Dei, ut fiant cum charitate. Quamvis, ut Hugo notat, extra charitatem valere possint opera bona, ad assecutionem bene agendi; ad præparationem gratiæ: ad multiplicationem temporalium: ad dimissionem pœnæ temporalis: ad diminutionem pœnæ æternæ, ideſt, ne quis tantam patiatur. Chrysost. refert alium pro *ὅσιας* ἁγίας, vertisse *ἁγιασε, sanctificate*, aut *ἡγιασμένας, sanctificatæ*, in Hebræo textu est numero singulari קדישׁ *Kodes, sanctum*, & suppletur præpositio valens *in*, vel *ad*: sanctum vero est templum, templive sanctior pars, mysticè Christus. *Sancta* peculiariter Jacobus Faber ad Eucharistiæ sacrificium refert, ob duplicem speciem: & quia dictiones illas, *in nostibus*, putat jungendas prioribus, *qui statis in domo Domini*, monet inde posse confirmari recepta in consuetudinem, ne manus extollatur ad sanctam, sive sancta, à Sacerdotibus, ut sacrificent, nisi ante auroram: & non in nocte, nisi videlicet in nocte natalis Domini. Petrus Damiani *a*, ut persuadeat dedecere, vel laici permixti Clericis, & Clerici ipsi sedẽtat duri sacra peraguntur, vel canonica Horarum celebrantur Officia, inter alia tum argumenta, tum exempla, hujus loci utitur auctoritate. Enim vero si dignus in Deum nobis fervor inesset, par fuerat nos inter divinæ laudis excubias, non modo sedere, sed & manibus in alta porrectis incessabiliter psallere; sicut hortatur nos Psalmista. Sic quoque visos ab Amborsio scribit orare stando Gervasium & Protasium, sibique eumdem videri Ambrosium eodem modo oravisse. Digna lectu epistola tota, Juvat sane corporis compositus habitus ac situs externus ad indicandam, exhibendam, fovendam, augendam religionem, devotionemque. Et Pollux *b* tradit, levationem manuum esse habitum, gestumq; orantium & supplicantium pacem, veniam, opem, auxilium implorantium; sed putitari studendum in primis manuum interiori, hoc est, operum, ut ex animo syncero procedant, & sancto; ut admonet hoc loco Hilarius, ita explicans *extollendas manus in sancta* & Chrysost. tum hic rectans illas translationes quas dixi *ἁγίας* & *ἡγιασμένας*; tum alibi in homiliis ad populum *c*. Risus vocat, nugas, ludicra, puerorum joca, Judaicam superstitionẽ, sola contentum esse ceremonia exterisecæ lotionis manuum, vel elevationis: perinde ait esse ac si tabulam abluam, immundis moneribus onerares: aut si habeas putredinem, ulceraque corpus depascentia, circumlavares corpus. Docet præterea *d*, quod per manuum ex ensionem in oratione significatur manibus, quæ multis sceleribus ministerium exhibent, orationi minitrando, vinculum veluti nequitiæ injici, & à malitia sepercussurus, recorderis, quod has ad Deum pro patronis emissurus es; & per has illud spirituale sacrificium offerre debeas, nec illas confundere, nec actionis pravæ ministerio, fiducia privare. Idem affirmat Tertullianus *e* de ablutione manuum, usurpari olim solita ab iis, qui volebant orare; sed spiritu fordente obibant orationem. Athanasius *f* myſt cè applicat curatam à Christo manum aridã, sola jussione, ut illam extenderet *g*, ad opus eleemosynæ, atque ad orationem, juxta psalmi præsentis adhortationem. Ecclesia ipsa in hymno matutinalis officii feriæ quartæ orat ad hunc modum;

Mentes manusque tollimus,
Prophetæ sicut noctibus
Noli gerendum præcipit,
Paulusque gestis censuit,

h *Act.* 16. 25.

i *quæst.* 4: Liberũ est quemque in orationemembra eor postea vel illo modo constituere, cum subit repente orandi desiderium alloqui conveniens colloquendo sunt. K. 22. 8. 5. 7. 18

k *ibidem* m *Jesu* 3. 6. n *Es.* 57. 15. o *Jo.* 2. 8 *Psa* 2. *Reg.* 7 *Ez.* 17: 12

In Psalmum CXXXIII. Vers. 2. 3. 493

